



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

Caput 79.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

tulit, vt crederetur cupiditati humanæ posse sufficere. xx. elephantum exinde adducti sunt.

**H**odem tempore anno v. Childeberti regis tanta lues per vniuersam regionem facta est, vt nimirum mirum fuisset. Vniuersa flumina terminos, quos nunquam excefferant, præterierunt, de pecoribus excidio, grande ædificijs naufragium. Sed cessantibus pluuiis arbores denuo floruerunt. Erat mensis Septembris: fulgur per cælum cucurrisse visum est, sonus quasi deruentis arboris in totam terram auditus est. Burdigalis terræ motu concussa est. De Pyrenæis montibus immensi lapides sunt euulsi, qui pecora & homines prostrauerunt. Vicus Burdigalensis, incendio diuinitus orto, multos exussit, subito comprehensus domos, & horrea cumannonis incendio concremantur, nullum incitamentum habens ignis, sed forsitan iussione diuinam. Aureliana ciuitas ab hoc incendio vastata est. Apud terminum Carnotæ fracto pane sanguis fluxit. Sed hæc prodigia grauissima lues est subsecuta & discordia, regibus iterum bellum ciuile parantibus. *B*esentericus morbus totas Gallias præoccupauit. His diebus Austrechildis Guntramni Principis regina ab hoc morbo consummata est. *c* Medici apud Guntramnum accusati. iussu Guntramni medici diuersis pœnis afflictæ migrant ad cælum. Eo anno magna in Hispanijs Christianorum persecutio fuit, instigante Goesinda, quam post Anachildum regem rex Leopildus acceperat, de alia vxore duos filios habens, ex quibus vnus Ermenchildus nomine, filiam Sigoberti, nomine Sedegundem accepit vxorem.

Caput 79.  
Greg. 5. cap. 33.  
Aim. 3 cap. 33.

a al. Carnotenum.

b al. Berentericus dysenteriam intelligit cal. medicus Guutramni Christianos in hoc accusans iussu &c.

Quæ